



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciae Liber vnus**

Sanderus, Antoine

Antverpiae, 1625

Rembertvs Episcopuvs Bremensis. Thoroltanus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10172

Euangelium verò nouæ gratiæ per hoc veritatem habere probatur, quod charitate, humilitate & castitate refulget, quæ tria in ordine quem intrafisti purgato mentis oculo prærogatiuè videbis. Ego autem sum Mater Christi Patrona Ordinis tui, quæ solita pietate passa non sum tuam castam indolem decipi vel perire: his dictis gloriofa Virgo disparuit, & iuuenem confotatum ac firmatum in fide, in magna cordis iucunditate reliquit. Hic idem in ordine tantum profecit, ut Lector in ordine fieret, & consummatus in breui ad potiora transiret. Ita Cantipratanus, è quibus liquido constat eum coelestibus beatorum Choris adiunctum.

R E M B E R T V S

EPISCOPVS BREMENSIS.

Thoroltanus.

4. Febr. **N**atus est Thorolti in Flandria, quem adhuc puerum sanctus Anscharius in eius loci Monasterio instituendum curauit; institutum verò Comitem habuit, atque in Episcopatu successorem. A Nicolao Primo Papa pallium accepit, & anno Domini octingentesimo octogesimo octo è vita excessit. Thorolti in Diœcesi Brugensi loco Monasterij superest hodiè Canonorum sancti Petri Collegium. Vide Molanum die tertia Februarij, ubi latè de sancto Anschario & Remberto agit.

ROBER-

